

fulgidam, illam numero 2. consignare libuit. Canis maior, quem alias Alhabor, alias Syrium dicimus, in configuratione seu cōstellatione sua stellas habet 18. Minor autē duas tantū, & hic Chaldeis quidem Algomeysa, Latinis Canicula, Antecanis, Procanis, Græcis vero Procyon dictus est.

Typus utriusq; Canis hic est.

pars superior.



[Ortus]

Occasus]



Pars inferior.

Tertia deinceps, quarta & quinta, hæ omnes stellæ hic in vna figura cum iusta earum inter se proportione sunt consignatæ, Tertia super tortuosa flexu Hydræ consistit, Chaldeis appellata Alphart, de secunda magnitudine. Quarta Cor Leonis est, primi honoris, Latini Regem, Chaldei Calbelezed vocarunt. Quinta porro stella est in ipsa Leonis cauda, etiam de prima dignitate, Chaldæice Denebelzed.

Id licebit in hac sequenti rectius
imaginari figura.

C Sydus